

Juris Majordemburgensis

I vir moritur qui habet pueros, et bona habuerit, nulli do-
 nata: pueri sui sibi succedunt, si equales, sibi fuerint, in na-
 tura. Si autem ex his pueris unus decesserit, mater sibi in
 pre sua succedit: et mater cum his bonis, nihil facere potest, absq[ue]
 suorum heredum, consensu aut voluntate. Si vero omnes pueri,
 patre mortuo moriuntur, Extunc bona sua heredant, super suam
 matrem, et postea, si mater decesserit ab hac luce, tunc eadem omnia
 bona heredant super mulieris proximiores heredes: siue sint mas-
 culi, siue femine, ex paterna et materna consanguinitate. Etia[m] mu-
 lier non potest talem hereditate[m] vendere nec donare. Sed cum rebus
 mobilibus potest facere quicquid vult. Sed cum hereditate q[ui]c[ui]q[ue]
 facere non potest absq[ue] consensu heredum

De puero duodecim annorum q[uod] possit sibi tutorem eligere et pro se in iudicio respondere.

Quando puer est duodecim annorum: tunc potest eligere, p[ro]
 sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus fuerit
 tutor, hic matri, rationem facere habet et adolescenti, q[uod] cu[m]
 bonis, factum fuerit. Cum etia[m] puer fuerit duodecim annorum is mun-
 diburdus, als sui potes e facit, et p[ro]p[ter] i eo, iudicium p[er]petrari, et etia[m]
 bona sua a se siue tutore alienare. Sed innatam hereditatem, et pro-
 prium debet dare cum consensu heredum. Etia[m] iste puer de iure ad
 responsionem valeat coartari seu compelli

De obiectione illibertatis et p[ro]bat[i]o[n]e libertatis

I vir aliquem alloquitur q[uod] suus sit illiber, si potest suam li-
 bertatem protestari et probare: propior est euadere: q[uam] ille
 ipsum vincere possit. Libertatem sua[m] vir probare potest, cu[m]
 tribus cognatis, et trib[us] agnatis, sic metseptimus esse debet, siue
 sint viri siue femine. **E**tia[m] hoc scire quilibet legens debet, q[uod]
 quando scribitur agnatus significat proximos ex parte patris et ex
 parte gladij. Sed ubi scribitur cognatus ex parte matris et fusi co-
 sanguineos significat

De q[ui]s fo. rvi. c.
 Mobilitatis

De seruo bona domini sui pludentis seu alienantis.

I seruus bona d[omi]ni per luserit taxillis, aut obligat aut vedit
 dominus bene potest arrestare de iure: vt se ad ea bona